


# EPISTULA LEONINA

## CCLXIII

HEBDOMADALE  
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
QUOD ĒDITUR  
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
CUI NOMEN EST  
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

**DUCENTESIMAM SEXAGESIMAM TERTIAM (263)**

# ARGUMENTA

<b>PRAEFATIUNCULA.....</b>	<b>03</b>
<b>QUO FATA FERUNT.....</b>	<b>04</b>
<b>CHRISTIANUS LAES NOVUS PRAESES ALF.....</b>	<b>05</b>
<b>JOANNES CAROLUS ROSSI NOVUM PRAESIDEM ALLOQUITUR.....</b>	<b>06</b>
<b>SEDITIO TAPROBANIANA - num ista est initialis tantum pars seriei longioris? .....</b>	<b>07-11</b>
<b>SEDITIO AGRICOLARUM BATAVIAE SEU NEDERLANDIAE - »ALS DE BOER STERFT WORDT HONGER GEBOREN«</b>	
<b>SI MORITUR AGRICOLA NASCITUR FAMES !.....</b>	<b>12-22</b>
<b>FABELLA GRIMMIANA 112 .....</b>	<b>23-24</b>
<b>CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA.....</b>	<b>25-43</b>
<b>CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA.....</b>	<b>44-58</b>
<b>ECHUS VOCES EPISTULAE.....</b>	<b>59-66</b>
<i>Urbanus Ferrarius (59-61) - Radulfus Lavallo (61) - Max Schön (61-62) - Christianus Aerarius (62-63) - Gaius Licoppe (63-66)</i>	
<b>LIBRI LEONIS LATINI.....</b>	<b>67-70</b>

## PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS  
AMANTIBUS SAL.PL.DIC.


*Cara Lectrix, Care Lector,*

*editoriâ pausâ aestivali interpositâ, quam degi oceano  
vocabulary glossarumque Orbis Picti Hexagloti immersus,  
tibi offero omni quâ par est observantiâ hanc Epistulam  
Leoninam novissimam. Utinam occasiunculam nanciscaris,  
quâ animo relaxato perlustres symbolas huius scriptiunculae.  
Fruamur iucundis his diebus aestivalis; nam nemo scit quid  
vehat autumnus – carpamus diem, quam minimum creduli  
postero! – Toto ex corde tibi suadeo, ut perlegas etiam epistulas  
et echûs voces mihi a lectoribus missas, qui cogitationes  
commotionesque suas animorum exprimant Latinitate  
iucundissimâ... Pancraticê vale et perge mihi favere.*

*Medullitus te salutat...*

**Dr. Nicolaus Groß**

**Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.com/>


**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae**

**Die Martis**

**12. m.Iulii a.2022**

# QUO FATA FERUNT



Scutum heraldicum Insularum Bermudae

# CHRISTIANUS LAES NOVUS PRAESES ALF



**PROF. DR. CHRISTIANUS LAES**  
ANTVERPIENSIS ET MAMUCIENSIS

Il 27/06/2022 23:43, Nico De Mico ha scritto: NUNTIUS:

**Christianus Laes carissimis sodalibus ALF salutem!**

**Duae nunc sunt elapsae septimanae, cum munus praesidis vestri accepi. Imprimis, iterum iterumque gratiae sunt agenda Theoderico nostro qui per quindecim annos quasi cottidie Academiae nostrae strenue operam dederit. Dein, conciliarii erunt per hoc triennium: Iosephus Marcellino (etiam alter a praeside), Marcus Cristini, Francisca Deraedt, Iohannes Carolus Rossi, atque ab epistulis nostris Nicolaus di Mico. Etiam, velim vos hortari ut tantum utamini inscriptione hac ([christian.laes@uantwerpen.be](mailto:christian.laes@uantwerpen.be)): cathedra Mamuciensis cum sim, hac tamen inscriptione utar pro rebus academicis nostris.**

**In fine: munus suscepi ea praesertim causa ut serviam vobis atque Latinitati Vivae. Nuntii sequentur et in sede mundana nostra, atque per nuntios electronicos, exeunte mense Augusto. Si vobis antea sunt interroganda, adite me quaeso, modo electronico,**

**Christianus Laes**

# **JOANNES CAROLUS ROSSI**

## **NOVUM PRAESIDEM ALLOQUITUR**

**Joannes Carolus Christiano sodalibusque cunctis s.p.d.**

Quamquam tua legere semper mihi est gratum, nihil, ut nunc est, habeo quod te rogem: paucis enim sed plane significanterque dixisti quae de Academia hac nostra habes in animo.

Velim autem hic et tibi, qui tam grave munus nuper suscepisti, et Theoderico, qui pridem sibi in moderanda Academia pepercit numquam, grates agere. Ac quidem, quod alter in locum alterius successerit, quasi bonum faustum secundum omen accipere nos arbitror: sicut enim quondam in studiis Theodericus vestigia Josephi Ijsewijn magistri sui praeclare pressit, ita tu Academiae curram a magistro tuo traditum nunc regis atque *immissis non segnior ibis habenis...*

Quod f.f.f. Latinitati siet!

Vale tu, valete omnes!

# Seditio Taprobanensis - num ista est initialis tantum pars seriei longioris?

d.10. m.Iul. a.2022 *Michael Mross News* <https://www.mmnews.de/>

Tensiones globales magnis energiae pretiis effectae augentur. Taprobane (*Sri Lanka, Ceylon*) est victima prima. Insulani vexantur penuriâ victualium et materiae propulsoriae et medicamentorum. Manifestatores impetu facto invaserunt in palatium praesidis, Taprobanenses immerguntur in chaos. Alii sunt secuturi...

Causa praecipua discriminis Taprobanes, ex quo independens facta est a Britannîâ, gravissima sunt pretia energiae exaucta. Insula prorsus decoxit. Desunt merces ferê omnes. Praeses nuperrimê auxilium rogans se convertit ad Russiam. Die Mercurii *Rajapaksa* dixit se *cum omni quâ par esset modestiâ* rogavisse *Praesidem Vladimirus Putinum*, ut Taprobanis compararet materiam propulsoriam necnon curaret, ut denuo fierent volatûs periegetarum inter urbes *Moscuae* et *Colombonis*. Nam Ucrainii Russique ante invasionem Russorum fuerunt inter visitatores horum insulanorum frequentissimos.

Taprobani ipsi dicunt se esse pecuniae solvendae impotentes et usque ad annum proximum exeuntem laboraturos esse crisi oeconomicâ, qualis in insulâ suâ esset inexaudita. *Wickremesinghe* minister primarius dixit Taprobanen olim opulentam hîc anno delapsuram esse in recessionem monetalem profundam ideoque non desituram esse egêre victualibus, materiâ propulsoriâ, medicamentis.



Ecce Taprobani post impetum in palatium Praesidis factum...

## Praeses Taprobanes annuntiat se munere abdicaturum esse

Postquam magnae incolarum multitudines gravi crisi Taprobanes oeconomicae reclamaverunt, Praeses *Gotabaya Rajapaksa* declaravit se paratum esse ad munus deponendum. Die Saturni *Mahinda Abeywardana* Praeses parlamenti allocutionem televisoriam habens dixit „ut fieri posset transitus pacificus se abdicaturum esse d.13“. Antea palatium praesidiale et residentia *Rajapaksa*e impetu facto invasa sunt a manifestatoribus irâ incensis. Praeses qui aufûgit ubi nunc versetur ignotum est.

d.9. m.Iulii a.2022, h.19.36

Aggravatione tumultuum novissimâ etiam *Ranil Wickremesinghe* minister primarius declaravit se paratum esse ad munus deponendum. Post praesidem et ministrum primarium complures ministri munera sua deposuerunt. Die Dominicâ quidam locutor gubernationis dixit saltim quattuor politicos variis disciplinis specialibus addictos iam declarasse se a muneribus abdicare, alios secuturos esse. *Wickremesinghe* ipse ex Maio demum mense munere functus erat, eius praecessor item inter turbas munus cesserat. Illo tempore reclamaciones massales contra gubernationem factae tantopere exauctae erant, ut aliquot homines morerentur et aliquot centum violarentur.


His factis gubernatio *Mahindae Rajapaksa*e recessit. At frater eiusdem remansit munere fungens. *Wickremesinghe* cum mense Maio munus recepisset, reclamaciones paululum sunt deminutae, cum cives Taprobani sperarent eundem posse insulae comparare pecuniam. Îdem



*Wickremesinghe* iam sexies munus ministri primarii assecutus est, sed numquam per plenam legislaturae periodum.

### **Impetus in palatium factus**

At reclamaciones imprimis spectabant ad *Rajapaksam*. Die Saturni inter reclamaciones massales sedes eius officialis *Colombonensis* vi expugnata est. Sed e graphico praesidiali nuntiatum est antea civitatis praesidem ad locum securum allatum esse. In Prosopobiblio imagines ex residentiâ praesidis directê esse transmissas. Aliquot centum homines per andrones et conclavia palatii vagatos esse. Ante aedificium autem aliquot milia hominum esse congregatos. In retificiis socialibus apparuerunt scopocinematia manifestatorum in natabulo praesidis balneantium.



### **Iter in caput Taprobanes factum esse**

Die Veneris gubernatio pollicita erat se curaturam esse, ut plus materiae propulsoriae afferretur. Praeterea nullo limite temporis indicato eadem interdixit, ne quis domo exiret. At haec interdictio a variis gregibus et factionibus oppositionis vituperata sublata est. Officiales rettulerunt aliquot decem milia adversariorum gubernationis ex oppidis urbis principalis propinquis autocinetis, autoplostellis, traminibus iter in caput Taprobanes fecisse. Nonnullos propter materiae propulsoriae paenuriam Colombonem iter fecisse pedibus .

### **Reclamaciones ab omnibus gregibus socialibus comprobari**

Diurnarii locales nuntiant cives Taprobanos a numerosis gregibus societatis admonitos esse, ut facerent hoc iter reclamandi maximum: varias factiones oppositionis, duces religionum, inter quos essent monachi buddhistae et sacerdotes catholici, professores universitarii, artifices,

alumni academici. Reclamationes Colombonenses massales adiuvantur ab omnibus stratis socialibus et ethnicis et religiosis.

Haec civitas insularis in meridie Indiae sita, quae incolitur a 22 ferê milionibus hominum, hîc tempore patitur crisin oeconomicam ex decenniis pessimam. Manifestatores propter penuriam materiae propulsoriae, medicamentorum, victualiumque summâ irâ incensi sunt. Haec penuria exorta est cum ceteris tum praecipuê periegesi sive philotheoriâ propter pandemiam coronae putativam gravissimê deminutâ. Itaque insula graviter obaerata non habet pecuniam, quâ importet merces praestantissimas.



**En milia hominum in viis Colombonensibus manifestantes**

### **Oeconomia dynastiae Rajapaksianae pessimê instructa**

Gubernatio praeter ceteros Foundationem Monetae Internationalem et complures terras, velut Indiam, Chinam, Russiam rogavit, ut adiuvent. Grapheum Unonis auxilii necessitatis (OCHA) mense Iunio praemonuit crisi Taprobanes gravi aggravari posse famem imminentem. Taprobane antea per decem annos bene se habuit neque eguit auxilio Unonis.

**ECCE FRATRES RAJAPAKSAE:**

Ex-Premier Mahinda quondam praeses (*a sinistris*)  
et Praeses Gotabaya

At crisis partim etiam effecta est oeconomiâ pessimâ. Dynastia *Rajapaksarum*, quâ Taprobane regebatur his duobus decenniis, excepto *Praeside Gotabayâ* aufûgit evasit erupit. Nam non solum prior minister primarius, sed etiam duo fratres alii et nepos a fratre *Gotobayae* antea a munere suo politico se abdicaverunt.

**HOS NUNTIOS  
THEODISCE SCRIPTOS  
IN LATINUM CONVERTIT  
LEO LATINUS**

»ALS DE BOER STERFT  
WORDT HONGER GEBOREN«

**SI MORITUR AGRICOLA  
NASCITUR FAMES !**



*Agricolae obserant vias ad centrum distributionis Jumbo adituales*

*scripsit [ROB SAVELBERG](#) d.8. m.Iul. a.2022*

**In Bataviâ agricolas in dies vehementius reclamare – vaccas ad parlamentum esse adductas, stercus adiectum.**

Reclamationes agricolarum Bataviae aggravantur, centra victualium obserantur. Sub praetextu circumiecta tutandi gubernatio agricolas cogit, ut emissionem nitrogenii deminuant. Itaque fit, ut praedia agricolarum in summum periculum adducantur. Biocolytae officiis nimis laboriosis explendis impares iam pistoliis iaculati sunt.

<https://oskurier.de/2022/07/polizei-schiesst-scharf-bei-bauernprotesten-in-den-niederlanden/>

## **Biocolytam pistolio iaculatum esse in puerum agricolam vehiculo tractorio insedentem**

Ut refert diurnarius histologii nuntiorum<sup>1</sup> batavici, c.t. [nos.nl](https://nos.nl), biocolytae<sup>2</sup> heri inter reclamaciones<sup>3</sup> agriculturalum et monentes et collineantes pistoliis iaculati sunt. Agricola aditum ad stratam autocineticum A32 prope *Heerenveen* situm obserantes manifestaverunt. Biocolytae referunt se in periculum adductos esse. In mediis socialibus multa scopocinematia<sup>4</sup> huius rei factae huc illuc mittuntur, quo spectantes vehementer terrentur. Multum disputatur de his quaestionibus: Verumne apparent haec omnia in hōc scopocinematio an desunt elementa maioris momenti? Plerique disputantium usum pyrotheciorum<sup>5</sup> verorum vituperant. Biocolytae Fryslanenses declarant friguttientes<sup>6</sup>:



Ecce agricolas stratam autocineticam A1 prope *Oldenzaal* obserantes.

In regione limitis germanico-batavici per 2 horas nullus iam fit commeatus vehicularis

*„Versus horam 22.40 aurigae vehiculorum tractoriorum conati sunt vehi in biocolytas et autocineta biocolytica. Hoc factum est in aditu, q.d. Mercurius/A32 in #Heerenveen. Res vênit in discrimen. Itaque biocolytae monendi causâ iaculati sunt necnon iaculati sunt collineantes. Ideo vehiculum tractorium glande plumbeâ attactum est. Quoddam vehiculum tractorium ex hōc loco avectum est, sed brevi post in Via Jousteriana coactum est ut sisteret. Tres viri suspecti comprehensi sunt. Nemo*

<sup>1</sup> \***histologium nūntiōrum** – orig. *Nachrichtenblog*.

<sup>2</sup> **biocolyta**, -ae m. orig. *Polizist*.

<sup>3</sup> **reclāmātiō**, -ōnis f. orig. *Protest*.

<sup>4</sup> \***scopocinēmatium**, -ī n. orig. *Videoclip*.

<sup>5</sup> \***pyrothēcium**, -ī n. orig. *Patrone, Munition*.

<sup>6</sup> **friguttire**, -iō orig. *twittern*.

*violatus est. Via hōc tempore propter investigationes biocolyticas obserata est. Quia quidam biocolyta semel iaculatus est, certior facta est astynomia nationalis (Rijksrecherche), ut rem perquirant nemini obnoxii. Hōc tempore nullae informationes nobis sunt aliae.“*

<https://exxpress.at/niederlande-regierung-setzt-schuetzenpanzer-gegen-demonstrierende-bauern-ein/>  
Agricolae vias obserant. Biocolytae Batavi iaculati sunt collineantes. Agricolae Saxoniae Inferioris collegas adiuvant, vehicula sua tractoria collocant in pontibus stratarum autocineticarum, evolvunt toechocollemata pellucida<sup>7</sup>.

In stratâ autocineticâ A 30 prope *Bad Bentheim* et praecipuê in A1 in circulo municipali *Vechta*. In oppidulis *Neuenkirchen-Vörden*, *Lohne*, *Bakum* biocolytae numerant circiter 50 vehicula tractoria. Etiam in *Brake* in paludeto Visurgis agricolae iuxta v iam foederalem B 211 vehiculis suis tractoriis manifestaverunt.

Hero Schulte (49), cultor vaccarum incola St. Georgiwoldiae (in Frisia Orientali sitae):

*„Nos concordamur cum collegis Batavis. Apud nos iam ex annis idem fit, sed paulatim et gradatim. Etiam etiamque plures agri habentur pro regionibus protegendis. Quo fit, ut non iam possimus alere pecora nostra ex agris propriis.“*

Inde efficitur, ut pabula afferenda sint ex regionibus remotis et sumptibus exauctis praedia paulatim intereant. *„Sed res nostra a Batavorum eo differt, quod collegae statim delabuntur in insolventiam, quia agri subito depretiantur.“*

Multi cives Bataviae comprobant agricolarum reclamaciones. Gubernatio videtur nescire, quid sit factura. Quae interim harmata misit ad agmina reclamantium. At ira agricolarum est ingens. Quae imprimis incensa est a *Christiana van der Waal*, ministrâ circumiectorum, sed imprimis a tota Bataviae gubernatione. Quae praecepta dedit nova Unioni Europaeae accommodata, quibus innumeri agricolae expropriantur.

*„Nationali Programme Spatii Ruralis“* indicatur, quantâ parte emissiones nitrogenii usque ad a.2030 pro regione sint deminuendae. Secundum hoc programma agricolae debent se ab animalibus suis seiungere et stabula sua claudere – ita ut exoptat *Franciscus Timmermans*.

<sup>7</sup> \*toechocollēma pellūcidum orig. *Transparent*.

Iste enim politicus Unionis Europaeae vult in tota Europa denas partes centesimas agrorum fieri quietas – eo fine, ut emissio nitrogenii deminuat.



**BATAVIA PERCUTTUR INGENTIBUS TUMULTIBUS  
AGRICOLARUM PRAECEPTO EMISSIONIS NITROGENII  
DEMINUENDAE RECLAMANTIUM.**

**QUO PRAECEPTO GUBERNATIONIS MULTI AGRICOLAE AUT  
STATIM DECOQUENT AUT IN MAGNAS ANGUSTIAS  
PECUNIARIAS PELLENTUR.**

**SED REVERA GUBERNATIO BATAVIAE ET UNIO EUROPAEA  
SUB PRAETEXTU CLIMATIS TUTANDI VOLUNT MANDATU  
GLOBALISTARUM AGRICOLAS EXPROPRIARE ET QUAM  
PLURIMUM TERRARUM EMERE.**



**VEHICULA TRACTORIA**



**Agricolae congregantur in vico *Stroe* 70 chiliometris versus orientem  
ab urbe Amstelodamo remoto,  
ut manifestent se reclamare praecepto gubernationis.**

### **Vias obserari aliquot milibus vehiculorum tractoriorum**

Istas postulationes agricolae non patiuntur. Qui iam annuntiaverunt se curaturos esse ut „*tota terra impediretur*“ – quod etiam fecerunt. Ab aliquot milibus vehiculorum tractoriorum obseratae sunt viae et exitûs supermarketum. Piscatores manifestantes se cum agricolis concordari



portûs obseraverunt. Plus quam 40 centra conditoria feruntur esse obserata. Interim nonnullis in supermercatibus victualia rarescunt.

Omnia media nederlandica vituperant circumiectorum contaminationem putativam nitrogenio et carboneo dioxydato effectam. Sub praetextu istius contaminationis putativae contendunt expropriationes agricularum esse iustas. Aliter iudicant diurnarii stationis televisificae Australianaes, quae *Sky News*. Cuius moderator sentit gubernationem Batavicam insanê agere eo quod integra praedia claudat.

### **Ut agricolae voluntariê desistant ab agro colendo**

Gubernatio nederlandica ab agricolis postulat multum: Ut agricolae voluntarii desistant ab agro colendo et accipiant pecuniam damni resarciendi, dum promittant se numquam agriculturam denuo suscepturos esse. Si qui agricola huic praescripto non assentitur, eidem praedium a gubernatione aufertur.



**Agricolae sunt stratae autocineticae obserandae participes, ut manifestent se reclamare gubernationi, quae a se postulat, ut minus laetaminis adhibeant et numerum pecorum in vico *Hapert* deminuant.**



Ecce manifestatores gregis, qui appellatur „Unâ pro Netherlandiâ“ iter faciunt in urbe Eindhoven manifestantes se concordari cum agricolis et adversari inceptis gubernationis.



Kees van Rooij, burgimagister urbis Meerijstad, inter manifestationem convenit agricolas. Batavia est exportatrix rerum agrariarum totius mundi altera ab omnium maximâ.

Holger Douglas in horreo nuntiorum interretiali, c.t. Tichys Einblick, scribit moleculam nitrogenii verbis ita exaggeratam esse, ut videretur esse periculum rei publicae imminens. „(sc. Gubernatio) utitur dubiis theoriis

*nitrogenii tamquam instrumentis, quibus agricultura perdatur. Gubernatio adhibet ne veros quidem calculos, sed nullos nisi hypotheticos et nebulosos, quibus usa rationem reddit agriculturae deminuendae.“*

**Nonne gubernatio nitrogenium praetexit ad alias causas occultandas?**

*Douglasius* sentit fortasse reverâ non agi de nitrogenio nocumento putativo: „*Agricultorae suspicantur gubernationem velle plures agros a cultu liberari, ut in iisdem domûs aedificentur, quibus eadem brevior spatio temporis plus pecuniae accipiat.*“

Hoc pluribus rationibus est dignum memoratu. Multi agricolae *Nederlandiae* per decennia agros huius terras fecerunt tam fertiles quam nunc sunt. At nunc gubernatio eosdem rusticos optimê meritos a terrâ suâ vult fugare. At denique haec omnia non solum spectant ad *Nederlandiam*, sed ad totam *Unionem Europaeam*. Consilia enim *Francisci (Frans) Timmermans* commissarii *Unionis Europaeae*, quibus omnes agri totius *Europae* fiant quieti, ipso hâc tempore ad effectum adducuntur, quo imminet nobis discrimen nutrimentorum ubiquitarium.



**Agricultorae inter manifestationem congregantur  
iuxta indicium limitis germanico-batavici.**

<https://exxpress.at/situation-eskaliert-so-rebellieren-die-bauern-in-den-niederlanden/>

## **Nederlandiam fieri tumultuosam: Sic manifestant agricolae se praecepta gubernationis reprobare**

Ecce Batavia versans in statu extraordinario: gubernatio nederlandica studet seditioem agricolarum harmatibus et gaso lacrimifero et fustibus caesoriis supprimere. Agricolae respondent obserationibus, feni fascibus, stercore solido liquidoque. Finis tumultuum nondum exspectatur. Interim in interreti vagantur imagines turbarum innumerae.



**HARMATA** adhibentur ad agricolas manifestantes repellendos.

Manifestationes agricolarum Batavienses fieri pergunt immoderatae. Ex die Lunae ab agricolis praecipuê occupantur portûs marini et supermercatûs. In transitibus limitaneis etiam nonnulli agricolae Germani sunt manifestationum participes. Die Lunae aliquot centum agricolae feni fascibus obseraverunt aditûs ad magna conditoria supermercatuum. Obserata sunt plura quam 20 centra distributionis, quae pertinent ad magnas supermercatuum catenas.

Gubernatio praeceptis suis sequitur *Franciscum Timmermans* commissarium Unionis Europaeae, qui vult totâ in Europâ denas partes centesimas fieri quietas – eo fine (putativo), ut emissio nitrogenii deminuat. At hôt modo agricolis imminet expropriatio: Iisdem enim praescribitur, ut aut voluntariê desistant ab agro colendo et accipiant aliquantulum pecuniae ad damnum resarciendum, sed ut simul affirmant se numquam labores agriculturae esse redintegratos. Qui recusat, ne desistat ab agro colendo, eius praedium a gubernatione aufertur. In mediis

socialibus, qualia sunt *Instagramianum* et *Prosopobiblion* et *Tictocianum* sub lemmatibus, quale est *#boerenprotest*, colliguntur imagines et scopocinematia, quibus monstrantur participes manifestationum et testes oculati controversiarum. Manifestatores stercus solidum et liquidum infundunt in graphea gubernationis iisdemque vias inundant. Biocolytae autem interim utuntur gaso lacrimifero.

*Tot de schijt ons doodt –*  
**Usque dum merda nos interficiat**



**Manifestatores stercus solidum et liquidum infundunt et iaciunt in graphea gubernationis iisdemque vias inundant.**



**Piscatores agricolas adiuvant**

Agricultorum parvuli item eunt in vias – sed non vehiculis tractoriis. Agricolaë Batavi stercore iam obseraverunt limitem Germaniæ. Biocolytae aegrê id assequuntur, ut inhibeat vehicula tractoria per vias vehentia. Etiam fustes caesorii adhibentur. Multi cives manifestant se concordari cum agricolis.

**HOS NUNTIOS  
THEODISCE SCRIPTOS  
IN LATINUM CONVERTIT  
LEO LATINUS**

# FABELLA GRIMMIANAE 112

## 112. DE CAELESTI FLAGELLO TRITURARIO<sup>1</sup>.



Aliquando aliqui agricola cum duobus bobus aratum profectus rus cum veniret, subito cornua boum coeperunt celeriter crescere, nec crescere desierunt; et cum agricola domum iturus esset, cornua fuerunt maiora quam ut per portam oppidi intraret. Feliciter accidit, ut modo adveniret lanius, cui boves vendidit sub hac condicione, ut lanio mensuram seminum rapae afferret, et ille sibi pro omni grano daret thalerum Brabantinum. Babae, bene vendidit! Agricola domum iit mensuramque seminum rapae attulit subbaiulatam; at adiens granulum perdidit e sacco decidens. Lanius autem agricolae pecuniam solvit ita ut erat pactum; nisi agricola illud granulum amisisset, uno thalero plus accepisset. At reversus vidit e granulo arborem crevisse tantam, ut caelum attingeret. Tum agricola cogitavit: *,occasiunculam nactus velim videre, quidnam faciant angeli ibi in excelsis, illos semel saltim aspectare.*‘ Itaque ascendit et ibi conspexit angelos avenam triturantes, eosque perrexit aspectare hoc facientes; aspectans autem subito animadvertit arborem, in quâ stabat, vacillare, et oculis deorsum versis vidit modo aliquem virum hanc arborem caesurum esse. Tum agricola cogitans *,Si deorsum caderem, heu quam malum*

<sup>1</sup> **flagellum trītūrārium**, orig. *Dreschflegel*, instrumentum frumenti triturandi, i.e. grana frugum excutiendi, iam pridem obsoletum. Quod nomen neque apud *Caesarem* neque apud *Ciceronem* inventum bonus *Scheller* lexicographus non audet proponere nisi cum stupendâ, ne dicam ridiculâ cum cautione religiosissimâ, cfr Immanuel Johann Gerhard Scheller, Ausführliches und möglichst vollständiges deutsch-lateinisches Lexicon oder Wörterbuch zur Übung in der lateinischen Sprache in zwey Bänden, Leipzig 1805, tom.II, col.971: „Flegel, 1) zum Dreschen, etwa *flagellum excutiendis granis frugum serviens*, oder *flagellum triturae frugum serviens*, oder kürzer, *flagellum trituarium* (doch möchte letzteres Wort nicht vorkommen), oder *pertica frugum granis excutiendis* (oder *exterendis*) *serviens*, auch ohne *serviens*, kürzer *pertica trituararia* (doch möchte letzteres Wort nicht vorkommen), oder *pertica triturae frugum serviens*; oder *flagellum frumentarium* etc.“ SOPHOS! BABAE, BONE IMMANUEL, QUAM ARGUTUS ES!

*esset!*‘, et summâ necessitate oppressus aliam viam salutis non invênit nisi paleam avenae acervatim ibi stratam corripuit et eâdem contorquendâ funem confecit et ligonem et flagellum trituratorium, quae in caelo iacebant deiecta, necnon per funem in caelo affixum ad terram descendit. At infra incidit in foramen altissimum; itaque felicissimê accidit, ut secum haberet ligonem, quo comprehenso humum incîdens scalas sibi efformavit, quibus ad terrae superficiem ascenderet; ibi autem hominibus monstravit flagellum trituratorium, ne quis narrationem suam addubitaret.

**FABELLAM GRIMMIANAM  
112  
DE CAELESTI FLAGELLO TRITURARIO  
SCRIPTAM  
IN LATINUM CONVERTIT  
LEO LATINUS**



# CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA

Zum 26. Juni, dem Fest der Märtyrer

## Johannes und Paulus

Gedenktag 26. Juni

Johannes und Paulus sind zwei frühchristliche Märtyrer und Heilige der katholischen Kirche, die immer gemeinsam genannt werden. Ihre Namen werden im ersten Hochgebet, dem Römischen Messkanon, erwähnt. Laut Überlieferung waren sie Brüder und erlitten gemeinsam das Martyrium unter Kaiser Julian „Apostata“ an einem 26. Juni zwischen den Jahren 361 und 363 in Rom.



IOANNES AC PAVLVS  
 BINI FRATRES PRAECLARI  
 MARTYRES CHRISTIANI  
 SANCTI ECCLESIAE CATHOLICAE

MMXXII

Zum 27. Juni, dem **Fest der**

# SIEBEN SCHLÄFER VON EPHEBUS

DE CIVS AVTEM IMPERATOR CVM VENISSET  
EPHESVM

IVSSIT AEDIFICARI TEMPLA IN MEDIO  
CIVITATIS EPHEBI

IN ILLA VRBE HABITABANT CHRISTIANI SEPTIMUM

MAXIMIANVS MALCHVS MARCIANVS

DIONYSIVS IOHANNES SERAPION ATQVE

CONSTANTINVS

IVVENES PII EXAGITABANT VR AT SERVABANT VR

14147 (= 7 x 2021)

Quelle: IACOBUS DE VORAGINE „HISTORIA DE SEPTEM  
DORMIENTIBUS“

Zum 27. Juni, dem Fest der

# SIEBEN SCHLÄFER VON EPHEBUS- Siebenschläfertag

27. Juni

DE CIVS AVTEM IMPERATOR  
CVM VENISSET EPHEVM  
IVSSIT AEDIFICARI TEMPLA  
IN MEDIO CIVITATIS EPHESI

IN ILLA VRBE HABITABANT  
CHRISTIANI SEPTEM

MAXIMIANVS MALCHVS  
MARCIANVS DIONYSIVS

IOANNES SERAPION

ATQVE CONSTANTINVS

IVVENES INGENVI

EXAGITABANT VR

ATSERVABANT VR

14154 (= 7 x 2022)



Quelle: *Iacobus de Voragine*

„*Historia de septem dormientibus*“

# Thomas Nipperdey

\* 27. Oktober 1927 in Köln

† 14. Juni 1992 in München



THOMAS NIPPERDEY  
INSIGNIS HISTORICVS TETONICVS  
SEX LVSTRIS ANTE  
XVIII KAL. IVLIAS  
VITA CESSIT

MMXXII

Der ausgezeichnete deutsche Historiker THOMAS NIPPERDEY  
ist am 14. Juni vor dreißig Jahren gestorben.

## Max Stern

\* 15. Juni 1872 in Düsseldorf

† 12. Juni 1943 in Düsseldorf



Max Stern – deutscher Maler, Zeichner und Grafiker der Düsseldorfer Schule, der Haager Schule, des Impressionismus und der Neuen Sachlichkeit



TRIGINTA LVSTRIS ANTE  
XVII KAL. IVLIAS NATVS  
MAX STERN  
BONVS PICTOR TEVTONICVS  
STIRPE IVDAICA

MMXXII

MAX STERN wurde am 15. Juni vor 150 Jahren geboren.  
**Er war ein guter deutscher Maler jüdischer Herkunft.**

# Martin Schrettinger OSB

\* 17. Juni 1772 in Neumarkt in der Oberpfalz

† 12. April 1851 in München



MARTINVS SCHRETTINGER  
SACERDOS ET BONVS BIBLIOTHECARIVS  
QVINQVIES QVINQVAGINTA ANNIS ANTE  
XV KAL. IVLIAS NATVS

MMXXII

# Paul McCartney

\* 18. Juni 1942 in Liverpool



PAVLVS MCCARTNEY OCTOGENARIVS  
NOBILIS SODALIS GREGIS «THE BEATLES»

MMXXII

# Salomon Schweigger

\* 30. März 1551 in Haigerloch

† 21. Juni 1622 in Nürnberg



SALOMON SCHVVEIGGER  
 CONTIONATOR LV THERANVS  
 VIATOR PER TERRAS ORIENTALES  
 SCRIPTOR ATQVE INTERPRES ALCORANI  
 OCTOGINTA LVSTRIS ANTE  
 XI KAL. QVINTILES  
 FATO FVNCTVS

MMXXII

Am 21. Juni vor 400 Jahren starb der evangelische Prediger,  
 Orientreisende, Schriftsteller und Koran-Übersetzer

**SALOMON SCHWEIGGER.**



## August Froehlich

\* 26. Januar 1891 in Königshütte/Oberschlesien

† 22. Juni 1942 im KZ Dachau

AUGUST FROEHLICH war ein ober-schlesischer römisch-katholischer Priester, Pfarrer, Widerstandskämpfer gegen den Nationalsozialismus, Verteidiger der Rechte der deutschen Katholiken und polnischen Zwangsarbeiter und Märtyrer.



AVGVSTVS FROEHLICH  
 SACERDOS FORTIS AC MARTYR  
 QVATER VIGINTI ANNIS ANTE  
 X KAL. IVLIAS  
 EX VITA EGRESSVS  
 R. I. P.

MMXXII

Am 22. Juni vor achtzig Jahren starb  
 der mutige Priester und Märtyrer

AUGUST FROEHLICH.

**Möge er in Frieden ruhen.**

**Ernst Theodor Amadeus Hoffmann**  
eigentlich Ernst Theodor Wilhelm Hoffmann

\* 24. Januar 1776 in Königsberg, Ostpreußen

† 25. Juni 1822 in Berlin



DVCENTIS ANNIS ANTE  
VII KAL. IVLIAS  
E. T. A. HOFFMANN  
VIR IVRIS PERITVS  
SCRIPTOR ET FABVLATOR BONVS  
BEROLINI OBIIIT  
AETATIS XLVI

MMXXII

Am 25. Juni vor zweihundert Jahren starb in Berlin  
der Jurist, Schriftsteller und fantastische Erzähler

**E. T. A. HOFFMANN im Alter von 46 Jahren.**

# Abraham B. Yehoshua

\* 9. Dezember 1936 in Jerusalem

† 14. Juni 2022 in Tel Aviv



VI R PA CI S F VI T

ABRAHAM B. YEHOSHUA

SCRIP TOR IVD A ICVS

XVIII KAL. IVLIAS

TE LA VIVI O B II T

MMXXII

Er war ein Mann des Friedens.

Am 14. Juni starb in Tel Aviv  
der israelische Schriftsteller

**ABRAHAM B. YEHOSHUA.**

## Saichō (jap. 最澄 ,Höchste Klarheit‘)

\* 9. September 767

† 26. Juni 822

Saichō war ein japanischer buddhistischer Mönch, der als Gründer der traditionsreichen Tendai-shū in Japan gilt. Aufbauend auf der chinesischen Tiantai-Tradition, die er auf dem Tiantai-Berg während seines Aufenthalts 804 in China kennengelernt hatte, gründete er die Tendai-shū mit dem Haupttempel Enryaku-ji auf dem Berg Hiei nahe Kyōto. Posthum wurde ihm der Titel Dengyō Daishi (伝教大師, zu Deutsch etwa ‚Großer Meister der Überlieferung der Lehre‘) verliehen.

*aus Wikipedia*



SAICHO

INCLYTVS COENOBITA BVDDHISTICVS IAPONICVS

CLARITATIS ALTAE

QVATER TRECENTIS ANNIS ANTE

VI KAL. IVLIAS

EX VITA EGRESSVS

MMXXII

**SAICHŌ,**

## Notker III.

genannt Notker Labeo oder Notker Teutonicus

\* um 950 im Thurgau  
† 28. Juni 1022 in St. Gallen

Notker Labeo war Benediktinermönch und Leiter der Klosterschule in St. Gallen. Er war der erste Aristoteles-Kommentator des Mittelalters und der bedeutendste Übersetzer vor Luther.

BIS QVINGENTIS ANNIS ANTE  
IV KAL. IVLIAS VIVERE DESIIT  
NOTKER LABEO  
COENOBITA SAGAX  
ORDINIS SANCTI BENEDICTI  
ATQVE INTERPRES EXSVPERANS

MMXXII

Am 28. Juni vor 1000 Jahren starb  
NOTKER LABEO,  
ein scharfsinniger Benediktinermönch  
**und ein außergewöhnlicher Übersetzer.**

## Georg Anton Benda

getauft am 30. Juni 1722 in Alt-Benatek an der Iser, Böhmen  
gestorben am 6. November 1795 in Köstritz

Georg Anton Benda war ein böhmischer Kapellmeister und Komponist. Zu seinen Bewunderern gehörten u. a. Wolfgang Amadeus Mozart, Ludwig van Beethoven und Carl Maria von Weber.



GEORG **I**V S ANTON **I**V S BEND **A**  
**C**OMPOSITOR **I**LLE PRAE**C**ELLENS  
 TRE**C**ENTIS ANN**I**S ANTE BAPT**I**ZAT**V**S

MMXXII

Georg Anton Benda,  
jener ausgezeichnete Komponist,  
**wurde vor 300 Jahren getauft.**

# Johannes Reuchlin

gräzisiert Kapnion (Räuchlein)

\* 29. Januar 1455 in Pforzheim

† 30. Juni 1522 in Stuttgart



„Reuchlin! Wer will sich mit ihm vergleichen, zu seiner Zeit ein Wunderzeichen.“  
*Johann Wolfgang von Goethe: in den Zahmen Xenien (V)*

IOANNES REVCHLIN  
 HVMANISTA PRAESIGNIS TEVTONICVS  
 ET HEBRAISTA CHRISTIANVS  
 QVINGENTIS ANNIS ANTE  
 PRIDIE KAL. IVLIAS  
 EX VITA EGRESSVS

MMXXII

Der ausgezeichnete deutsche Humanist und christliche Hebraist  
**JOHANNES REUCHLIN starb am 30. Juni vor 500 Jahren.**

## Vladimir Nabokov

\* 10.<sup>jul.</sup> / 22.<sup>greg.</sup> April 1899 in Sankt Petersburg

† 2. Juli 1977 in Montreux, Schweiz

VLADIMIR NABOKOV  
 SCRIPTOR CELEBER  
 ANTE NONIES LVSTRA  
 VI NONAS IVLIAS  
 E VITA EGRESSVS  
 AETATIS LXXVIII

\* \* \*

«LOLITA» SCRIPSIT

VLADIMIR NABOKOV  
 ARTIFEX VERBI  
 NONIES QVINQVE ANNIS ANTE  
 VI NONAS IVLIAS  
 IN HELVETIA VITA CESSIT

MMXXII

Am 2. Juli vor 45 Jahren starb der berühmte Schriftsteller  
 VLADIMIR NABOKOV im Alter von 78 Jahren.

\* \* \*

Er hat „Lolita“ geschrieben.

Am 2. Juli vor 45 Jahren starb in der Schweiz  
**der Wortkünstler VLADIMIR NABOKOV.**



# Astor Piazzolla

\* 11. März 1921 in Mar del Plata

† 4. Juli 1992 in Buenos Aires



ASTOR PIAZZOLLA  
 BANDONEONISTA BONVS  
 COMPOSITOR  
 CREATOR INGENIOSVS  
 «NOVI TANGONIS» ARGENTINICI  
 SEXIES QVINQVE ANNIS ANTE  
 IV NONAS QVINTILES  
 E VITA EGRESSVS

MMXXII

ASTOR PIAZZOLLA,  
 ein bedeutender Bandoneon-Spieler, Komponist  
 und der geniale Schöpfer des argentinischen „Tango Nuevo“,  
**starb am 4. Juli vor dreißig Jahren.**

George W. Bush (\* 6. Juli 1946)  
 Sylvester Stallone (\* 6. Juli 1946)



*Gemälde von George W. Bush*



*Gemälde von Sylvester Stallone*

ANTE SEPTVAGINTA SEX ANNOS  
 DIE SEXTO MENSIS IULII NATI  
 GEORGIUS VV. BVSH PRAESES PRISTINVS  
 SYLVESTER STALLONE ACTOR CELEBER

MMXXII

Sie wurden beide am 6. Juli vor 76 Jahren geboren:  
 der frühere (US-amerikanische) Präsident George W. Bush  
**und der gefeierte Filmschauspieler Sylvester Stallone.**

## Benedikt von Nursia

\* um 480 in Nursia

† 21. März 547 auf dem Monte Cassino

Gedenktag am 11. Juli



BENE**DICT**V**S** D**E** N**V**RS**I**A  
ANA**C**HORETA  
ASSE**C**TATOR **C**H**R**I**S**T**I**  
SAN**C**T**V**S E**C**C**L**ES**I**AE **C**ATHO**L**I**C**AE  
ORET PRO NOB**I**S

MMXXII

**HAEC CHRONOGRAMMATA  
ARTIFICIOSE CONFECIT  
TOBIAS RÖSSLER**

## CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA

Zum 11. Juni, dem **Fest des heiligen Barnabas**:

2022\* Ioseph Barnabas, appeLLatVs FILIVs ConsoLatIonIs, LeVites CYpriensIs genere, soCIVs fortIs PaVLI In propagatIone eVangeLII, apostoLVs InsVLae paternae CYprI, MartYr IesV ChrIstI, ora pro nobIs.- Joseph Barnabas, mit dem Beinamen Sohn der Tröstung, Levit aus Zypern (Apg 4,36), tapferer Gefährte des Paulus bei der Verkündigung des Evangeliums (Apg 13-14), Apostel der heimatlichen Insel Zypern (Apg 15,37-39), Martyrer Jesu Christi (nach einer späteren Tradition durch Steinigung), bitte für uns.

Zum 12. Juni, dem **Fest der Allerheiligsten Dreifaltigkeit** – *eine kleine Auswahl*:

*Wie kann man ein Chronogramm über die Hl. Dreifaltigkeit schreiben, ohne gleich fast einen kleinen theologischen Traktat zu verfassen?? – es sei denn, man schreibe dies::*

2022\* Intra nos tres aeternI VnVM sVMVs. – Wir drei ewigen sind eins in uns. – Variante: 2022\* Nos Tres In nobIs VNUM sVMVs. – Wir drei sind eins in uns. – vgl. Jo 10. 30



Quintin Massys (1465/66-1530), Dreifaltigkeit, linker Teil eines Flügelaltars, München, Alte Pinakothek, Foto: Hildegard Schuhmann

2022\* **IesVs ChrIstVs patIens CrVCI affIXVs** est nobIs totIs **LVX** atqVe **Vera** effIgIes **MIsErICorDIae TrInItatIs In aeternItate**. - Jesus Christus, der am Kreuz angenagelt leidet, ist für uns alle ein Licht und ein wahres Abbild der Barmherzigkeit der Dreifaltigkeit in Ewigkeit.

2022\* a**Mor PatrIs aeternI et VnIgenItI, saCer fons totIVs bonItatIs SpIrItVs ParaCLYte, VenI nobIs totIs torrens CarItatIs e thesaVrIs Ingens TrInItatIs, VIrtVte pIetatIs et VItae CorDa nostra VIserere** –AHMA 54, S. 247 – Des ewigen Vaters und des eingeborenen Sohnes Liebe, heil´ge, unerschöpfliche Quelle alles Guten, Heil´ger Geist, Parakletus! Aus den Tiefen der Dreieinheit komm zu uns, o Strom der frommen Liebe, dring mit der Kraft des Lebens in unsere Herzen ein! – Cantalamessa, Komm, Schöpfer Geist – S. 175-176



Dreifaltigkeit: Codex Gisle aus Zisterzienserinnenkloster Marienbrunn bei Osnabrück, 1300,  
copyright: Quaternio-Verlag, Luzern

2022\* a**M**or **T**r**I**n**I**tat**I**s est fons ben**I**gna et **I**nf**I**n**I**ta **I**n se **I**pso a**D** **I**ntra et pro nob**I**s  
tot**I**s a**D** e**X**tra. – Die Liebe der Dreifaltigkeit ist gütige Quell- und Endpunkt in sich  
selbst nach drinnen und für uns alle nach draußen.

2022\* bene**D**I**C**ta s**I**t a nob**I**s tot**I**s san**C**ta **T**r**I**n**I**tas atq**V**e **I**n**D**I**V**I**S**a **V**n**I**tas,  
bene**D**I**C**t**V**s s**I**t Pater, **F**I**L**I**V**s **V**n**I**g**e**n**I**t**V**s, s**I**t et Sp**I**r**I**t**V**s San**C**t**V**s **V**e**r**I**t**at**I**s. –  
Gepriesen sei von uns allen die heilige Dreifaltigkeit und ungeteilte Einheit,  
gepriesen sei der Vater und der eingeborene Sohn und der Heilige Geist der Wahrheit.



„Notgottes“, Vera Icon, um 1415, Fragment eines Diptychons, Ungekannter Meister von Sankt  
Laurenz, Wallraf-Richartz-Museum, Köln, Foto: Paul Badde

2022\* Deo PatrI et Deo FILIo et Deo ParaCLYto sIt a totIs nobIs LaVs aLta et  
gLorIa per InfInIta saeCVLa. – Gott Vater und Gott Sohn und Gott, dem Tröster, sei  
von uns allen hohes Lob und Herrlichkeit durch unendliche Ewigkeiten!

Die Christen werden im „Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes“ (Mt 28,19) getauft. Vorher antworten sie auf die dreifache Frage, ob sie an den Vater, an den Sohn und an den Heiligen Geist glauben, mit: „Ich glaube“. „Der Inbegriff des Glaubens aller Christen ist die Dreifaltigkeit“ (Cæsarius v. Arles, symb.). Die Christen werden „im Namen“ (Einzahl) und nicht „auf die Namen“ (Mehrzahl) des Vaters, des Sohnes und des Heiligen Geistes getauft [vgl. das Glaubensbekenntnis des Papstes Vigilius im Jahre 552: DS 415], denn es gibt nur einen einzigen Gott, den allmächtigen Vater und seinen eingeborenen Sohn und den Heiligen Geist: die heiligste Dreifaltigkeit.

Das Mysterium der heiligsten Dreifaltigkeit ist das zentrale Geheimnis des christlichen Glaubens und Lebens. Es ist das Mysterium des inneren Lebens Gottes, der Urgrund aller anderen Glaubensmysterien und das Licht, das diese erhellt. Es ist in der „Hierarchie der Glaubenswahrheiten“ (DCG 43) die grundlegendste und wesentlichste. „Die ganze Heilsgeschichte ist nichts anderes als die Geschichte des Weges und der Mittel, durch die der wahre, einzige Gott – Vater, Sohn und Heiliger Geist – sich offenbart, sich mit den Menschen, die sich von der Sünde abwenden, versöhnt und sie mit sich vereint“ (DCG 47). [...]

Die Trinität ist ein Glaubensmysterium im strengen Sinn, eines der „in Gott verborgenen Geheimnisse ... die, wenn sie nicht von Gott geoffenbart wären, nicht bekannt werden könnten“ (1. Vatikanisches K.: DS 3015). Zwar hat Gott in seinem Schöpfungswerk und in seiner Offenbarung

im Laufe des Alten Bundes Spuren seines trinitarischen Wesens hinterlassen. Aber sein innerstes Wesen als heilige Dreifaltigkeit stellt ein Geheimnis dar, das der Vernunft nicht zugänglich ist und vor der Menschwerdung des Sohnes Gottes und der Sendung des Heiligen Geistes auch dem Glauben Israels unzugänglich war.

Zum 21. Juni, dem **Fest des heiligen Aloysius**:

2022\* sanCtVs ALoYsIVs IesVita patronVs IVVentVtIs ChrIstICoLae non speraVIt  
In peCVnIa et thesaVrIs et sIne CrIMIne In VIta VerItatIs et aLtlorIs VItVtIs et  
pIetatIs et paenItentIae et angeLICae InnoCentIae VIXIt. Is oret IbI pro nobIs totIs. –

Der heilige Aloysius, Jesuit und Patron der christlichen Jugend, hat nicht auf Geld und Schätze seine Hoffnung gesetzt, sondern hat ohne Sünde in einem Leben der



Wahrheit und überaus erhabenen Tugend und Frömmigkeit, der Buße und einer engelgleichen Unschuld gelebt. Er bitte dort <im Himmel> für uns alle!

\* 9. März 1568 in Castiglione delle Stiviere, + 21. 1591  
Juni in Rom



Aloysius-Medaillen im Missionsmuseum der Spiritaner in Cruzeiro do Sul



Zum 22. Juni, dem **Fest des heiligen Thomas Morus:**


2022\* ThoMas MorVs fortIs Vates sapIentIs VtopIae oret pIe ro totIs nobIs. – Thomas Morus, der starkmütige Seher der weisen „Utopia“, möge fromm ür uns alle beten. - Im Jahre 1516 wurde die „Utopia“ von Thomas Morus (1478 – 6.7.1535) veröffentlicht; sein Fest wird gemeinsam mit dem am 22.6.1535 enthaupteten John Fisher gefeiert.

Zum 22. Juni, dem **Fest der heiligen John Fisher und Thomas Morus:**

2022\* Ioannes FIsher et ThoMas MorVs: testes sapIentes VnItatIs et VerItatIs – John Fisher und Thomas Morus: Weise Zeugen der Einheit und Wahrheit. - John Fisher (1469-22.6.1535) Erzbischof von Rochester, Thomas Morus (1478-6.7.1535), Lordkanzler unter Heinrich VIII., von ihm wie John Fisher wegen der beiden Weigerung, den Suprematseid zu leisten, zum Tod durch Enthaupten verurteilt.



## Zum 24. Juni, dem Herz-Jesu-Fest:




„Notgottes“, Vera Icon, um 1415, Fragment eines Diptychons, Unbekannter Meister von Sankt  
Laurenz, Wallraf-Richartz-Museum, Köln, Foto Paul Badde

2022\* aVe Cor IesV pII, tV fornaX arDens CarItatIs, aVe paX Vera atqVe  
reConCILIatIo VItae Verae nostrae, MIserere totIs nobIs! – Sei gegrüßt, Herz des  
gütigen Jesu, Du brennender Feuerofen der Liebe, sei gegrüßt, wahrhaftiger Friede  
und Wiederversöhnung unseres wirklichen Lebens, erbarme dich unser aller! – *Nach  
Anrufungen aus der Litanei zum Hl. Herzen Jesu -*

2022\* Cor IesV DIVes oMnIbVs qVI InVoCant te, es nobIs pIIs fons eXVberans  
totIVs ConsoLatIonIs, erIs nobIs In aeternItate VIta et resVrreCtIo nostra. – Herz

Jesu, reich für alle, die dich anrufen, du bist für uns, die Frommen, eine überströmende Quelle allen Trostes, du wirst für uns in der Ewigkeit Leben und unsere Auferstehung sein. – *Unter Verwendung einiger Anrufungen der Herz-Jesu-Litanei*



Meister Francke, Christus als Schmerzensmann (um 1435), Hamburger Kunsthalle, Foto: Hildegard Schuhmann

2022\* Cor IesV, es nobIs fons totIVs ConsoLatIonIs, VIta et resVrreCtIo nostra, LVX Casta, paX et reConCILIatIo nostra, per LangVores tVos LIbera nos, MIserere nobIs, In pIetate parCe nobIs totIs. – Herz Jesu, du bist für uns Quelle allen Trostes, unser Leben und unsere Auferstehung, keusches Licht, Frieden und unsere Wiederversöhnung, durch deine Entkräftigungen befreie uns, erbarme dich unser, in güt verschone uns alle! – *unter Verwendung von Anrufungen aus der Litanei zum Hl. Herzen Jesu*

2022\* IesVs aLta VoCe pronVntIaVIt: sI qVIs sItIt, VenIat aD Me et bIbat, et ple aCCIPIet gratIs InfInIte aqVas VIVas IngentIs SpIrItVs SanCtI. – Jesus rief mit

lauter Stimme aus: „Wenn jemand dürstet, so komme er zu mir und trinke, und fromm wird er umsonst ohne Ende die lebendigen Wasser des unendlichen Heiligen Geistes empfangen!“ - Joh 7,38.39

2022\* **IesVs ChrIstVs InVI**tat nos: **Ve**nIte a**D** **Me**, Inopes par**VVLI** et **Con**trItI q**VI** **L**aborat**Is** et onerat**I** est**Is**. ego ref**IC**Io **V**os grat**Is** et **In** p**I**etate a tot**Is** poen**Is** et **L**abor**Ib**Vs **V**estr**Is**. – Jesus Christus lädt uns ein: „Kommt zu mir, ihr armseligen Kleinen und Zerschlagenen, die ihr mühselig und beladen seid, ich, euer will euch umsonst Erquickung verschaffen von all euren Qualen und Mühen! – Mt 11, 25.26

Zum 25. Juni, dem **Fest des Unbefleckten Herzens Mariens**:



Der Hl. Geist über dem Herzen Mariens, Emailarbeit von Hanns Rheindorff  
(1902 – 1982) um 1965, Kapelle der Spiritaner in Cruzeiro do Sul l.

2022\* o t**V** **Mar**Ia Sp**Ir**It**V** p**Vr**Iss**IM**a, ora p**I**e pro nob**Is**! – O Du, Maria, durch den <Hl.>Geist reinste, bitte gütig für uns! – Zum Fest des Unbefleckten Herzens Mariens, der Patronin der Kongregation vom Hl. Geist unter dem Schutz der Unbefleckten Herzen Mariens.

**Zum 26. Juni, dem 26. Sonntag im Jahreskreis Leseordnung C**

2022\* **V**os p**II**, seq**VIMI**n**I** **Me**, a**I**t **Ies**Vs. – Ihr Frommen, folget mir, sagt Jesus.

## Zum 29. Juni, dem Fest Peter und Paul:



Christus zwischen Petrus und Paulus, Elfenbeinschnitzerei, Byzantinisch, 6. Jh., - Original der Staatlichen Museen Berlin, Kopie in der Kapelle der Spiritaner, Cruzeiro do Sul

2022\* Petre **CleMens** et **pIe**, **Catenas** reso**LVe** potestate **tVa** tra**DI**ta, a**CCI**pe q**Va**eso nos **In** regn**Is** aetern**Itat**Is. – Petrus, gütig und treu, löse die Ketten mit der dir gegebenen Vollmacht, nimm uns im Reich der Ewigkeit bitte auf.

2022\* Pa**VLV**s aposto**LV**s et ser**VV**s fort**Is** Chr**Is**t**I** Ies**V** nob**Is** s**Cr**ips**It**: „Late **I**pse **Deb**itor **V**ester s**VM** tot**Is**, grae**CI**s et barbar**Is**, sap**Ient**ib**V**s atq**Ve** Ins**Ip**ient**ib**Vs“. – Paulus, Apostel und tapferer Knecht Jesu Christi hat uns geschrieben: „In hohem Maße bin ich persönlich Schuldner von euch allen, euch Griechen und Barbaren, von euch Weisen und Toren!“ – vgl. Röm 1,14

2022\* Pa**VLV**s aposto**LV**s fort**Is** s**Cr**ips**It** nob**Is** Chr**Is**t**I**an**Is** **pIe** **In** **Ver**itate **eCCL**es**Iae** **VIV**ent**ib**Vs: **Vt**iq**Ve** no**LI**te **Confor**Mar**I** h**VIC** sae**CVL**o! – Der tapfere Apostel Paulus schrieb uns Christen, die wir fromm in der Wahrheit der Kirche leben: Macht euch nicht diesem Weltgeist gleichförmig! - Röm 12,2



Breviarium Grimani, Brügge, ca. 1515

2022\* SaVLe, SaVLe, qVID Me perseqVerIs? – qVIs es tV? – eIa, Ipse IesVs CrVCI affIXVs qVI ressVrreXIt et VIVIt Ibi Vbi tV fratres sIne pIetate persecVtVs es. – Saulus, Saulus, warum verfolgst du mich? – Wer bist du? – Ei, ich bin der gekreuzigte Jesus, der auferstanden ist und dort lebt, wo du meine Geschwister unbarmherzig verfolgt hast! - Apg 9,4 – NB: Da wir im mystischen Leib mit Christus verbunden sind, leidet er in allen, die in seinem Namen verfolgt werden!

Zum 30. Juni, dem **Fest der Protomärtyrer von Rom:**

2022\* protoMartYres RoMae VI gratIae SpIrItVs persIstentes Irae NeronIs orent pIe pro nobIs In orbe! – Die Protomärtyrer Roms, die durch die Kraft der Gnade des Geistes der Wut Neros beharrlich widerstanden haben, sollen fromm für uns auf dem Erdkreis beten! – Nach dem Brand von Rom am 19. Juli 64 beschuldigte Nero die Christen der Brandstiftung und ließ eine sehr große Zahl von ihnen auf grausamste

Weise martern (Cornelius Tacitus, Annales, 15,44; Clemens von Rom im Brief an die Korinther, 5,1-7,2)



Christussymbol – 4.5. Jh., Vatikanische Museen, Foto: Paul Badde

Zum 02. Juli, dem **Fest der Heimsuchung Mariens:**

2022\* Ioaq**VIM** et Anna parentes **VI**sItat**I** ab **IesV** et **MarIa**. – Die Verwandten Joahim und Anna wurden von Jesus und Maria besucht.

Zum 03. Juli, dem **Fest des hl. Apostels Thomas:**

2022\* Tho**M**as aposto**LV**s **VeX**at**V**s atq**Ve** ren**I**tens **I**pse **VI**Dens **CIC**atr**IC**es **IesV**  
**ChrIstI** **VIV**ent**Is** **IBI** s**I**ne **fI**ne pers**V**as**It** s**I**bi. – Indem der von Zweifeln gequälte und widerstrebende Apostel Thomas selbst die Wundnarben des lebendigen Jesus Christus sah, hat er sich dort überzeugt. - Jo 20,28.29



Der ungläubige Thomas, Evangeliar aus Köln (1250), Brüssel Königliche Bibliothek – Foto Erwin Ostländer OSB, Maria Laach

Zum 6. Juli, dem **Fest der heiligen Maria Goretti**:

2022\* **Ma**rIa Gorett**I** **VI**rgo et **Ma**rtYr p**VR**itat**IS** et fort**IS** p**IE**tat**IS**, ora pro nob**IS** tot**IS**. –  
 Maria Goretti, Jungfrau und Märtyrin der Reinheit und starkmütigen Gottesfurcht, bitte  
 für uns alle! – Maria Goretti, 16.10.1890 – 6.7.1902





Eine weitere Etappe von Fest zu Fest auf dem Chronogramatischen Jahresweg 2022  
– herzlichst, Pe. Herbert Douteil, CSSp.

Zum 11. Juli, dem **Fest des heiligen Benedikt**:



Sodoma: Benedikt befreit einen Bauern, Ausschnitt, Fresko, 1505-1508, Kloster Oliveto Maggiore

2022\* BeneDICTVs abbas sapIens eXstat VIr DeI In aLtIs CaeLestIbVs EVropae  
patronVs DIVInVs Verae VItae ChrIstIanae oratIonIs et LaborIs, oret pro nobIs  
totIs.– Der weise Abt Benedikt ist ein Mann Gottes, in der Höhe des Himmels für  
Europa der von Gott bestellte Patron des wahren christlichen Lebens des Betens und  
Arbeitens, er bitte für uns alle.

2022\* sanCte abbas BeneDICTe, fortIs et sapIens patrone VItae reLIgIosae et  
EVropae, ora pro nobIs totIs orantIbVs et LaborantIbVs, Vt VenIat nobIs oMnIbVs  
paX Late patens atqVe VerItatIs ChrIstI. – Heiliger Abt Benedikt, mächtiger Patron  
des religiösen Lebens und Europas, bitte für uns alle, die beten und arbeiten, dass für  
uns alle der umfassende und wirkliche Friede Christi komme!

Zum 13. Juli, dem **Fest der heiligen Heinrich und Kunigunde:**



Riemenschneider: Heinrich und Kunigunde, Deckplatte des Kaisergrabes in Bamberg

2022\* sanCte IMperator HenrICe, et tV, VXor KVnIgVnDe, rogate pIe pro nostra patrIa In aLtIs CaeLIIs, Vt VIVat et prosperet In VnItate fortI et LIbertatIs IVstItIa! - Heiliger Kaiser Heinrich, und du, Kunigunde, (seine) Gemahlin, bittet fromm für unser Vaterland im hohen Himmel, dass es in wehrhafter Einigkeit und Recht der Freiheit lebe und blühe!

Zum 10. Juli, dem **15. Sonntag im Jahreskreis Leseordnung C:**

2022\* seqVere saMarItanVM pro paVperIbVs. – Folge dem <Beispiel des> Samariters für die Notleidenden. – vgl. Lk 10, 25-37

**HAEC PIA CHRONOGRAMMATA  
CONFECIT  
PATER HERBERTUS DOUTEIL  
BRASILIENSIS**

## ECHUS VOCES ET EPISTULAE

### URBANUS FERRARIUS BRASILIOPOLITANUS

d.13. m.Iun. a.2022 h.15:26

**Urbanus Leoni Latino salutem.** S.B.V.B.E.E.V.

Mihi quærenti de civitatum earumque capitum nominibus, occurrit P'yongyang, quæ est capitalis urbs Coreæ Septentrionalis. Carolus Egger, in suo Lexico Nominum Locorum, hanc urbem appellat "Pyongyangam"; apud Vicipædiam autem Latinam inveni "Pyongianguum". Interim hoc nomen lingua Coreana significare "terram libratam" comperi. - Quoniam utraque figura, et illa Caroli et illa Vicipædiana, mihi sonat admodum rudis, et quia verbi significationem in promptu habemus, quæro utrum nobis liceret aliud nomen proponere, quod auribus Latinis magis esset accommodatum. Consuetudinem Caroli Egger secutus, qui urbem "Tel Aviv", ut exemplum afferam, appellavit "Vernicollem", putavi Pyongyang Latine appellatum iri "Planicampum". Sed timeo ut verbum a me fictum nimis puerile videatur.- Habesne melius verbum, an Carolum et Vicipædiam sequi malis? Adiuva me, amice.

Dedi, Brasiliopoli, Lunæ die, Idibus Iuniis. Urbanus

### LEO LATINUS BRASILIOPOLITANO SUO SAL.PL.DIC.

Libenter, Urbane carissime, tibi respondeo, praesertim cum per decem annos vixerim in Austrocoreâ, quae est patria uxoris meae. En accipe nominis urbani scripturam et pronuntiatum et significationem: Nomen capitis Boreocoreae sive Coreae Borealis significat *terram planam, planitiem*. Quod litteris Coreanicis (Hangul) sic scribitur: 평양, pronuntiatum signis phoneticis internationalibus (IPA) sic describitur: [pʰʌŋjɑŋ], translitteratione McCune-Reischauerianâ sic: P'yŏngyang.

En specta signa posteriora: in lineâ superiore vides nominis signa coreanica, in inferiore characteres sinicos. Hoc nomen est sinica translatio prioris nominis originaliter coreanici, quod fuit: *buruna* (부루나) et valuit *planitiem, terram planam*.

평양

平壤

Nomen „Planicampum“ non est falsum, sed, quia agitur de urbe huius civitatis maximi momenti, praefero nomen graecanicum; si inest verbum „-polis“, statim cognoscitur agi de magnâ urbe).

**Homalopolis – Pediopolis.**

ὁμαλός i.e. aequus, planus, laevis. τὸ πεδίων est planities.

Utrumque nomen urbis iam invenitur in litteris Graecis:

1) **PEDIÓPOLIS**: <https://www.nationstates.net/page=dispatch/id=670382>

Rank	City	Metro area population	State
1	Aetofolia	1.3 Million	Aetofolia
2	Vastisoulas	1.1 Million	Isouvla
3	Laimosi	945,014	Laimosi
4	Xira	811,827	Alatis
5	Neapros	701,005	Neapros
6	Thyranotia	540,090	Stratogi
7	<b>Pediopolis</b>	319,191	Agrogi

**2) HOMALÓPOLIS:**

cfr Johannes Leuclavius Amelburnus, *Historiae Musulmanae Turcorum*, de monumentis ipsorum exscriptae, libri XVIII, Francofurti MDXCI (1591), liber XII, col.463, lin.37-45:

„*Horum vitae misertus Muhametes pepercit, tandemque facta pax fuit, ex cuius legibus Muhameti traditae cesserunt hae civitates & arces: Ac-scheher, quae Asrapolis, et Seidi-scheher, quae Hierapolis, & Uclugi, & Kir-scheher, quae **Homalopolis**, et Siurichisar, quae Oxycastron, & Nigde, quae Nagidos Graecis.*“

Nunc habes duo nomina, quibus caput Boreocoreae haud ineptê scias denominare. Duo tibi propono – tu eligas id, quod tibi magis placet. Scribe mihi, utrum nomen praeferas, ut ego quoque sciam, quomodo *Pyongyang* Latinê denominandum sit. Haec habui, quae tibi scriberem in praesenti, mox, si volueris, scribam tibi plura. Vale semper pancratice, urbis denominator Urbanissime! **Medullitus te salutat Leo Latinus.**

d.14.m.Iun.a.2022 h.01:43

**Salve, Leo Latine!**

Mihi *Homalopolis* nomen magis placuit quam *Pediopolis*, quod hoc extremum, primo aspectu, videtur habere aliquam pedalem interpretationem. Ergo urbem deinceps appellabo *Homalopolim*. De nomine autem *Pyongyang*, quod ex duobus elementis plane constat, mihi non satis explicatum est utrum elementum sit “terra”, utrum sit “plana”, id est, quid sit *pyong*, quid *yang*. Uxorem tuam Coreanam meo nomine saluta. Tu quoque quam vehementissime vale. **Urbanus**

d.14.m.Iun.a.2022 h.10:25

### **Leo Latinus Urbano suo s.**

Gaudeo te nomen elegisse. Quod lexico meo inscribam nomine tuo addito. Sinicum verbum "P'yong" est i.q. "*planum*", "yang" i.q. "*terra, humus, solum*". - Ceterum invêni missionarios Christianos olim (saec. 20 ineunte?) hanc urbem denominasse "*Hierosolymam Orientis*", quia ibi tertia ferê pars incolarum essent Christiani. At haec tempora iam pridem transacta sunt. Tempora mutantur etiam in Coreâ, et Coreani in illis. Vale pancraticê, mi care Urbane, et perge mihi favere. **Leo Latinus.**

### **RADULFUS LAVALLE ARGENTINUS BONAERIENSIS**

d.14.m.Iun.a.2022 h.20:20

#### **Care Leo Latine,**

lectionem incepti; postea sequar. Sed, precor, mihi dic: quae tibi forma melior videtur, cafeum an cofeum? Ambas, nisi fallor, vidi. Quoad res políticas, iam NATO,ONIS sciebam, te mediante. At nunc NATUm lego. Estne possibile NATUS,I dicere, quasi "congressus" seu simile vocabulum intelligens? Ut vides, mea infima Latinitas valde hispana est. Semper te laudans, salutat te **Radulfus.**

d.14.m.Iun.a.2022 h.20:48

### **LEO LATINUS RADULFO SUO S.**

"Cafeam" (*cafea, -ae f.*), care sodalis, iam *Iosephus Antonius Caelestis Eichenseer* magister meus Latine loquendi et scribendi, appellavit *potionem*, sed *planta* inde ex tempore Linnei magni Sueti biologi appellatur "*coffea, -ae f.*" Utraque forma feminini generis est. - *Nato, -onis f.* (NATO - littera "o" est necessaria, quia spectat ad verbum *Organisationis!*) --- Iamne legisti fabellam "KANNITVERSTAN"? Nonne mirum est, quod ex errore factum est magnum solacium, quo socius fabrilis fructus est per totam suam vitam reliquam? Haec hactenus brevissime, mox, si volueris, plura. Vale semper, mi care Radulfe. Medullitus, **LL**

### **RADULFUS LEONI LATINO S.**

Care amice, nondum legi fabellam, quod agere spero. Gratias ob tuam responsionem, **Radulfus.**

### **MAX SCHÖN**

D.20.m.Iun. a.2022 h.16:05

Sehr geehrter Herr Groß,

als freudiger Leser Ihrer lateinischen Bücher und Werke weiß ich, dass Ihr Herz ebenso wie meines für Latein schlägt. Außerdem sind wir beide zur Zeit so ziemlich die einzigen aktiven Latein-Produzenten in Bayerisch-Schwaben (nisi vehementer erro). Der anstehende Probedurchlauf meiner lateinischen Stadtführung "De muris aquisque" wäre also eine Gelegenheit, uns mal kennenzulernen:

Die XVI. mensis Iulii (16.07.2022), qui erit dies Saturni, periëgesis per Augustam Vindelicum fiet. Lingua Latina tibi et ceteris muros aquasque Augustanas ostendere velim. Circumambulatio gratis constabit. Hora secunda postmeridiana (14.00) omnes,

qui interesse volent, ante ipsam Turrim Portae Rubrae (Am Roten Tor 1) convenient. Circa duas horas et semihoram ambulabimus. Veniesne nobiscum? Incredibiliter gaudebo, si aderis.

Also: Falls, Sie Lust, Zeit und Energie haben nach Augsburg rüberzukommen. Natürlich wäre es eine unsterbliche Freude für mich (Immortaliter gaudebo), Sie begrüßen zu dürfen. Mit vielen lateinischen Grüßen, **Max Schön**.

### **Care Maximiliane,**

summas gratias tibi ago pro invitatione tua humanissima. Valde gaudeo me in Bavaria suebica habere sodalem Latinissimum. Doleo d.16 m.Iulii non fieri posse, ut Augustam Vindelicum perveniam, sed pro certo habeo id quod dilatatum sit non esse ablatum. Novistine Epistulas meas Leoninas (v. appendicem)? Libenter tibi eas mittam septimanatim gratis et sine ulla obligatione. Si quam symbolam habueris Latinam publicandam, nihil obstat, quin publices in Epistula Leonina. His mensibus (usque ad finem anni) occupatissimus sum magno Lexico Picturato complendo, c.t. OPH = Orbis Pictus Hexaglottus. Quod continet 40.000 vocabula Latina, quae spectant ad vitam cottidianam modernam. Iamne aliquid de hoc incepto legisti? Ceterum scribe mihi quidquid tibi in buccam venerit. Maximam vim attribuo epistulis Lectorum. Haec hactenus; mox, si volueris, plura tibi scribam. Pancratice vale et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus Groß **LEO LATINUS**

### **CHRISTIANUS AERARIUS MONACENSIS**

**D.10. m.Iul. a.2022 h.20:39**

Magister adhuc iuvenior ad te scribo. Studia tua, interpretationes, epistulas valde admiror. Olim te audivi cum Valahfrido nostro inter emissionem quandam radiophonicam Latine garrientem. Meministine? Iucundissimum fuit. Modo vidi patriam tuam haud ita procul a mea abesse. Habito enim Monachii, mox etiam iter faciam Augustam Vindelicum Latinitatis vivae causa. Interero enim periegesi Latinae. Hisce adductus te interrogare ausim, velisne aliquando mecum per zoom vel telephonice vel coram confabulari. Si paucis rescripseris, pergratum feceris. Bene vale!

d.11. m.Iul. a.2022, h.12:52

**Leo Latinus Christiano Cyprino** Latinissimo sal.pl.dic.

Gratias plurimas, care sodalis, quod mihi perhumaniter scripsisti. His diebus, quibus nobis imminet *transhumanisimus Hararianus*, semper vehementer gaudeo atque exulto de verbis vere humanis.

Bene memini illud colloquium radiophonicum, ubi *Valafridus* voluit "*Handy*" Latinê denominare "telephonum manuale", cum ego praeferrem "telephonum mobile". Ceterum nonne aliquando Berolini fuisti particeps colloquiorum Professoris *Andreae Fritsch*? Memini ille mihi aliquando attulisse nomen cuiusdam Cyprini.

Occasiunculam nactus perlibenter cum amicis Latinitatis Vivae garriam Latinê; in animo mihi est proximo anno instituere colloquia zoomiana aut youtubiana aut

similia. Sed in praesenti die noctuque insudo operi meo maximo perficiendo, c.t. *Orbis Pictus Hexaglottus*. Quod utinam anno exeunte tandem fiat. Legisne Epistulas meas Leoninas? Accepistine iam EL 262? Inspice, quaeso, appendicem! Mox accipies EL 263. Vale semper, mi care Cyprine, pancratice et perge mihi favere. Medullitus te salutat. **Nicolaus Leo Latinus.**

d.11. m.Iul.a.2022 h.14:30

**Christianus Leoni s.p.d.**

Gratias tibi ago pro responso perbenigno, etsi doleo te hoc tempore ad colloquia Latina parum vacare. Memento tamen etiam brevissima colloquiola fieri posse, prandiola, merendulas, cenulas, convivio - tam coram quam ex longinquo. Atque etiam Leonibus aliquando frustula quaedam vel potiunculae Arabicas sumendas esse equidem suspicor. - Optimum autem consilium mihi videtur colloquia YouTubiana vel Zoomiana instituendi. Quamquam certe scis innumerabilia talia iam exstare (praesertim hisce paucissimis annis - Corona illa, ut ita dicam, suadente - condita). Sed certe non nocebit etiam plus dari occasionis Latine garriendi. - Epistulae tuae, uti iam scripsi, placent. Quas quidem ut perlegam, non semper sufficit tempus, sed occasiunculam nactus - ut ipse belle scripsisti - in eas incumbere soleo. - Iuvat id quoque audire, Andrean nostrum mei mentionem fecisse. Quamquam me non Cyprinum, sed Aerarium vocare solebat. Quod quidem nomen - etsi fortasse non aptissimum - tamen usu iam tum confirmatum erat. - Ceterum scias inter Conventum A.L.F. nuperrime Romae celebratum inter pocula etiam in te studiaque tua sermonem aliquando incidisse. - Operi autem dignissimo, cui te nunc summopere insudare scripsisti, ut mox finem imponere possis, medullitus exopto. Interim cura, ut pancratice valeas!

d.11. m.Iul.a.2022 h.22:03

**Leo Aerario sive Cyprino s.**

Aerarii nomen monet me potius fisci i.e. pecuniae publicae quam metalli cupri. Sed minimè velim mutare nomen tui humanisticum iam usu probatum. Modo Latinè reddo nuntium de seditione agrorum Bataviae. Iamne de eâ legisti? Ceterum tumultûs vehementissimi fiunt in insulâ Taprobanâ. Ibi cives manifestatores in palatium praesidis invaserunt et nunc balneant in eius natabulo. Iamne novisti? Utrique tumultui subsunt pretia energiae immaniter exaucta. Semper vale, Aerari aestimatissime, scribe mihi quidquid in buccam tibi venerit, medullitus te salutat LL

**GAIUS LICOPPE NESTOR LATINITATIS VIVAE NECNON ALF**

**Gaius Nicolao optimo s.p.d.**

d.30. m.Maii h.07.52.

Secundum archivum electronicum, inter quattuor quae ad me misisti, inspexi.  
- Pflanzenreich: cur proponis "vegetabile" et non "vegetale"? "Vegetabile" enim antiquum est et aliud significat, "vivificum" scilicet.

- Tierreich: cur "animalium"? Logice animalia eodem modo tractare debes ac plantas; ergo potius scribendum est "regnum animale".
  - Schriftliche Kommunikation: cur fingis "scriptualis", cum exstet vocabulum antiquum "scripturalis", quod rem optime significat?
  - Fahrzeugverkehr; "vehicularis" certe antiquum est, sed "vehicularius" quoque et mihi praeferendum videtur instar "vehicularii cursus".
- Cura ut valeas.

d.21. m.Iun. h.09.31.

**Gaius Nicolao optimo s.p.d.**

Post iucundam Romanam septimanam, incolumes domum revertimus. Inter Consilii Praesidialis sessionem actum est de opere tuo, cum nuntiavisses te ad finem huius ingentis operis fere pervenisse; quaestio autem est haec: invenistine editorem, qui opus in lucem edere velit? Nisi invenietur, disputandum erit de modo quo tantus labor quam optimum exitum habere possit.

Novissimum Leonem Latinum accepi et legi; gratias tibi ago.

Tertium archivum electronicum, inter quattuor quae ad me misisti, inspexi.

- acceleratrum electroniorum: generaliter dicam me terminationem -ium in nominibus particularum atomicarum non adhibere et semper finem facere in -um, ut mos est in lingua Latina (ex. metallum, ferrum, cuprum, plumbum, etc).
- accersiblum: hoc vocabulum vix quisquam intelleget et, nisi intellegetur, memoria non retinebitur; ergo, meo sensu, melius est Latine agere eodem modo ac Francogallice "telemnitrum electronicum".
- acies dehelicoidalis: estne necessarium nomen specificum dare huiusmodi instrumento? Sufficit, meo sensu, idem facere ac Francogallice, ut supra.

Cura ut valeas.

d.21. m.Iun. h.11.34.

**Nicolaus Gaio suo optimo sal.pl.dic.**

Gratias plurimas pro nuntiis et commentariolis mihi missis. Gaudeo iter vestrum et conventum iucunde evasisse, vosque de Orbe Picto Hexaglotto meo edendo consuluisse. De huius lexicis picturati et glossati editione adhuc nihil certi constat. Ut scis, volo primum volumen fore illud "Lexicon visuale" ("Visual dictionary", 4.ed., a.2011) lingua latina exauctum, i.e. picturas et nomina 5 linguarum (theod., angl., fr., hisp., ital.) recipiam a Lexico visuali, addam nomina Latina et Latinam praefationem. Ergo necesse est a domo editoria petere ius opus originale adhibendi et editionem Latinam imprimendi. De his iam ante 3 annos mandatu Theoderici rogavi domum editoriam QA International (Les Éditions Québec Amérique, Montréal), etiam de pretio 1000 exempla imprimendi. Quebeciani responderunt pretium talium impressionum celeriter mutari, nihil certi praedici posse de pretio. Usque nunc nondum egi cum Quebecianis de altero volumine operis mei, quod continebit glossas, i.e. interpretamenta et testimonia et explicatiunculas etymologicas grammaticasve. Denuo scribam secretariae deque responsione Tibi et Theoderico referam. Haec



hactenus brevissime, mox certe plura. Utinam valeas pancratice, Gai carissime, et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus.

d.27. m.Iun. a.2022 h.15:44

**Gaius Nicolao optimo s.p.d.**

Quartum archivum, quod ad me misisti, inspexi. De textibus tuis vel aliorum nihil mihi est dicendum.

Inter vocabula a te proposita unum non ita comprobo:

- Lupe und Zoom: pro lente cuius focus est variabilis proponis "pancraticum", quod nemo intellet. Huic lenti nomen datum est "zoom", quod est onomatopoeia, imitans strepitum alicuius vibrationis quam celeris acceleratio gignit; hoc nomen iam ante hanc lentem nonnullis rebus datum erat; lenti, meo sensu immerito, hoc nomen datum est, quia inest notio "variationis" velocitatis. Pancraticum nihil huius generis in mentem inducit. Suadeo ut Latine potius dicatur "lens variabilis".

Cura ut valeas.

d.12. m.Iul. a.2022 h.00:00

**Nicolaus Gaio suo optimo s.p.d.**

**s.v.b.e.e.v.**

*Sero sapiunt Phryges*, sodalis carissime, et sero – ignoscas quaeso – scribo tibi, postquam per nonnullas septimanas oceano vocabulorum immersus ordine epistoliorum electronicorum, quae acceperam, non rectê observato nuntios tuos dolenter amisi. Ut verum confitear, non certo scio, num epistolium, quod tibi d.21. m.Iun. miseram, rectê acceperis; nam systema *Avis Tonitrualis (Thunderbird)*, quo epistolia electronica mittuntur, videtur parum efficaciter operari. Interim omnibus litteris recuperatis hoc responsum mei tibi iterum mitto (v. infra), commentariolis tuis lexicographicis mox responsurus sum.

Utinam tu tuaque *Francisca* degatis aestivos dies iucundos! Qualis est nunc tempestas in Belgio? Apud nos (in Bavaria, prope limitem Suebiae) sol plerumque splendet, sed interdum interveniunt pluviolae, ne solum nimium siccescat. Impedimentis coronariis maximam partem sublatis homines aliquatenus respirant; sed nemo scit, quid laturus sit autumnus, ne loquar de hieme: nam imminet nobis penuria gasi et olei. Scilicet secundum sanctiones anti-russicas decretas omnes occidentales aliquatenus laborare tali penuriâ; tamen suspicor nullam gubernationem tam stultê (an tam malevolê?) asciam impingere in crus nationis suae quam nostram. Subest ideologia Prasinorum, quâ iam pridem infecti etiam sunt Liberales et Christianodemocratae. Istis sanctionibus Putinus ipse minimê vexatur, immo fovetur; iste vulpio et veterator in sinu tacito gaudens sedulê nova foedera pangit cum Indis, Sinensibus, Brasilianis, Austroafricanis (qui appellantur BRICS et mox superaturi sunt nationes Occidentales – confirmari videtur theoria *Osvaldi Spengler* de occasu Occidentalium). Nam valor monetae Russicae enormiter exauctus est necnon maior pars nationum huius mundi minimê comprobatur sanctiones. Exemplum verê splendidum praebent Indi vaferrimi: qui a Russis emunt magnas copias olei pretio

modico, quod mutant in benzinum et dieselianum; deinde proventu occultato, pretio vehementer exaucto vendunt Europaeis et Americanis. Quid dicis? Placetne? Ceterum ipsi Ucrainii adhuc oleum emunt ab ipsis Russis (hostibus suis exosissimis). Poloni gloriantur se esse a gaso Russorum interim absolutê independentes; reverâ modo a nobis tantum gasi Russici acceperunt, ut conditoria sua paene tota complerentur; e contrario nostra conditoria vix dimidiam partem sunt completa; quae copia non sufficiet ad indigentiam hiemalem explendam et exspectandum est fore ut autumnno et hieme frigeamus. At – proh dolor – gaso deficiente – non solum frigebimus: timenda est destructio officinarum industrialium, id est cordis nostrae opulentiae. Vides Prasinus esse factionem melonum: extra istos habere putamen viride, sed intra esse coloris rubri. Isti clam exemplum sumpsisse videntur a *Maone* et *Polpotio*... Haec hactenus, mi care Gai; commentariola tua his quattuor annis scripta fideliter servo tecum retracturus. Mox tibi mittam Epistulam Leoninam 263. Pergas, quaeso, mihi scribere quidquid in buccam tibi venerit. Et tu et Francisca tua utinam pancreaticê valeatis mihi que favere pergatis. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.





## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI-TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	0010 4A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	<b>MEMENTO MORI</b>	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040 4A	978-3-938905-17-3	<b>MEMENTO MORI –</b> Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	<b>DE CRAMBAMBULO</b>	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	<b>DE DINOSAURIS</b>	Nikolaus Gross	-----	2004	CD- ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	<b>SUDATORIUM VENERIS</b>	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	<b>PERICULUM FRANCISCI</b>	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	<b>NUPTIAE ABDERITANAE</b>	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	<b>TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN</b>	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90

27	0050 6A	978-3- 938905- 26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 –  Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**



**HANC EPISTULAM LEONINAM  
DUCENTESIMAM SEXAGESIMAM TERTIAM**



**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE**

**PERFECIT**

**Die Martis  
12. m.Iulii a.2022**



**Dr. Nicolaus Groß  
LEO LATINUS  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**